



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Index Argumentorum, Quæ in hoc libro de Fideicommissis continentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

INDEX ARGUMENTORUM.

Quæ in hoc libro de Fideicommissis continentur.

Disc. I.

Mutinen. majoratus Corrigiarum.

De majoratibus Italiæ, an regulentur juxta primogenituras & majoratus Hispaniarum cum ordine successivo, & cum prerogativa lineæ, quæ vincat ætatem, vel potius sint saluarum de seniore in seniore, spectata solum qualitate naturali majoris natu, ita ut ætas vincat prerogativam lineæ; Concluditur pro lineâ in successione, & pro ætate in administratione.

Disc. II.

Florentina majoratus de Guardis.

De eadem materia discursus præcedentis, An scilicet in majoratibus Italiæ attendatur solum ætas non curata lineâ, vel e contra, ita ut isti majoratus differant à primogenituris; Et concluditur pro lineâ.

Disc. III.

Ianuen. distributionis.

De eadem materia, An scilicet vocato majori natu, attendatur prerogativa lineæ, vel illa ætatis, ubi non agitur de successione in bonis ad commodum majoris natu, sed de distributione, seu administratione ad favorem aliorum; Et concluditur pro ætate.

Disc. IV.

Pisaven. majoratus.

De eadem materia, An scilicet in Majoratu attendi debeat prerogativa ætatis vel illa lineæ, & concluditur pro prerogativa ætatis.

Erecto principaliter Majoratu super aliquo Castro vel alia re conspicua, ac in aliis prædiis & bonis accessoriè seu consecutivè anuæxis, si casus præbeat, ut Castrum præter voluntatem testatoris alteri deferatur, An remaneat Majoratus in aliis bonis.

Disc. V.

Mutinen. majoratus de Seghitis.

De eadem materia, An in majoratu Italiæ attendi debeat prerogativa lineæ, vel illa ætatis, & concluditur pro ætate.

Disc. VI.

Urbevetana Majoratus.

De majoratu ordinato ad favorem senioris pro administratione ad favorem omnium, non autem pro successione ad favorem unius, an importet verum majoratum; Et an ex istius derogatione facta per Principem resulet derogatio fideicommissi universalis ordinati inter descendentes; Et de alio casu majoratus administratorii, quod non alteret naturam fideicommissi universalis & simplicis, neque importare dicatur verum majoratum seu primogenituram; Et incidenter de puncto, An vocato proximio agnato, suffragetur illa major proximitas, quam agnatus ex latere paterno seu testatoris remotior, habeat cum ultimo moriente per latus maternum de eadem familia.

Disc. VII.

Banon. primogenitura de Luparis.

Si de tempore facti casus fideicommissi, seu primogenituræ, vel majoratus, non extitit personæ de Card. de Luca de Fideicom.

genere prius vocato, seu proximiores; An fiat locus remotioribus, seu aliis de genere postea subsidiariè vocato, Vel potius successio debeat stare in suspensio, sive in pèdulo, donec durat spes vel potentia existentie personarum prius vocatarum, Et an in hoc puncto suspensionis aliqua dignoscatur differentia inter fideicommissa, & primogenituras, ac majoratus; Et an ad hunc effectum differat vacatio per mortem naturalem ab illa contingente per mortem civilem, ratione caducitatis, seu contraventionis possessoris.

Et quatenus successio stare debeat in suspensio, penes quem interim esse debeat bonorum administratio.

Disc. VIII.

Romana Commenda.

De eadem materia primogenituræ certam qualitatem exigentis, si proximior de lineâ admittitur, seu prius vocata, de tempore facti casus non habeat qualitatem, seu capacitatem necessariam, An ista expectari debeat, ac successio stare in suspensio, vel potius fiat locus successioni alterius proximè venientis, sive subsidiariè vocati.

Disc. IX.

Ferrarien. fideicommissi de Franchis.

De eadem materia suspensionis, An scilicet desiderata certa qualitate in vocatis ad fideicommissum, puta Doctoratus &c. si de tempore aperta successione, proximior cui illa deferatur, tunc non sit illius qualitatis capax, fiat locus ulteriori substituto capax, vel potius expectanda sit capacitas proximioris, ac interim successio stare debeat in suspensio.

Disc. X.

Civitatis Castellana primogenitura.

De eadem materia, An primogenitura vel fideicommissum stare debeat in suspensio, donec durat spes vel potentia existentie personarum de lineâ prius vocata & admittitur; Et quatenus de facto remotior admittitur fuerit, An proximior postea superveniens illum expellat, ac successione revocet; Et in specie ubi vocatio non provenit per mortem naturalem, sed civilem, puta per bannum vel delictum, aut caducitatem ratione contraventionis, An filii procreati post bannum vel delictum seu caducitatem, ab eo ex cujus persona sequuta est vacatio, admittendi sunt, & expellant remotiorem admittitur.

Disc. XI.

Romana fideicommissi de Ursinis.

De eodem, An scilicet vocato uno genere post alterum, quod testator præferri voluit; Puta vocatis masculis & fœminis cum prælatione masculorum, An donec istorum spes seu potentia durat, admittenda sint fœminæ; Et quatenus admittantur, An excludantur per masculos postea supervenientes, Et in specie de filio excludente propriam matrem.

Disc. XII.

Bononien. fideicommissi de Blanchettis.

De incompatibilitate plurium fideicommissorum, vel majoratum in una persona, Et an facta electione

De LUCA
de
flamentis
et
cvi
s

atione unius incompatibilis, liceat variare, & agnoscere alterum, potissimè si illud aperiatur ex nova vacatione.

Disc. XIII.

Astoricen. seu Toletana majoratum.

De eadem materia incompatibilitatis duorum majoratum vel fideicommissorum in una persona, Et an per electionem unius ex eis, intret vacatio alterius, tam de jure communi, quam de jure particulari Hispaniarum, præsertim de intelligentia legis 7. tit. 7. lib. 5. re compilation.

Et de remedio tenute in Hispania ex l. 45. Thauri alias l. 8. & 9. eod. tit. 7. lib. 5. re compilation.

Disc. XIV.

Pisauren. primogenitura seu fideicommissi.

De eadem materia incompatibilitatis duorum fideicommissorum vel majoratum; Et an ubi ex voluntate testatorum est certa incompatibilitas, possit vel soleat per Principem illi dispensari; Et aliqua de derogationibus fideicommissorum, & ultimarum voluntatum.

Et posita contraventione possessoris unius, quod scilicet alterum incompatibile agnoscat, unde caducitas seu vacatio primi resultet, An sit locus etiam restitutioni fructuum perceptorum.

Disc. XV.

Bonon. primogenitura de Podis.

De concursu in primogenituris inter prærogativam lineæ, ac illam gradus, An scilicet post defectus aliquas lineas vel genera personarum, vocato proximior, veniat ille, qui sit talis attenda sola ratione seu computatione graduum, non curata prærogativa lineæ, vel potius ista prærogativa attendi debeat, ita ut ille qui est proximior in linea primogenita quamvis in gradu remotior, vincat gradu proximioris lineæ secundogenitæ.

Disc. XVI.

Valentina Majoratus.

De eadem materia concursus inter lineam & gradum, seu inter gradu aequales contendentes de prærogativa lineæ in successione majoratus vel primogenituræ, Et an prærogativa lineæ vincat ætatem.

Disc. XVII.

Mutinen. fideicommissi de Rangonis.

De questione proximitatis in simplici fideicommissio inter transversales diversarum linearum, An scilicet remotior de una linea, in qua est primus, ex beneficio repræsentationis, vel subingressiois, seu illius vulgaris, quæ dici solet *Anomola*, fiat æqualis gradu proximiori alterius lineæ; Et an differat quod omnes concurrentes sint de una vel respectivè de pluribus lineis ab initio constitutis.

Disc. XVIII.

Reatina fideicommissi de Vecchiarellis.

De eadem materia concursus ad defectam portionem plurium ejusdem generis gradu inæqualium, An scilicet, & quando remotiores ex beneficio repræsentationis, vel subingressiois in gradum corruptum sui ascendens jure vulgaris anomalæ fiant proximioribus æquales, & de eadem differentia unius vel plurium linearum.

Disc. XIX.

Romana fideicommissi de Pandinis.

De eadem materia concursus plurium ratione gradus, in quo sint æquales, sed inæquales in numero respectu linearum seu stirpium, puta nepotum ex duobus fratribus & sororibus prædefunctis, an suscedant in capita vel in stirpes; Et quid ubi

eorum vocatio est dependens & consequens stirpibus, quia nempe sint filii in conditione stirpium fratrum vel substitutorum.

Disc. XX.

Urbevetana fideicommissi de Cencolinis.

De eadem materia concursus plurium personarum inæqualis gradus, An & quando inter eas præsentatio, sive juxta ejus operationem in beneficio fideicommissaria sit in stirpes, vel ubi ubi æqualitas in vinculo, An scilicet conjunctio duplici vinculo vincant eos, qui ex uno latere conjuncti sunt.

Disc. XXI.

Fulginaten. fideicommissi de Roncallis.

De eadem materia concursus plurium personarum æqualium, ut remotiores ex beneficio repræsentationis, vel subingressiois fiant proximioribus æquales; Et in specie, an ad defectam portionem unius ex fratribus mortui sine filiis, veniat frater prædefuncti cum aliis fratribus suis, si in vim reciproce inter primos hæredes nati.

Disc. XXII.

Neapolitana distributionis.

De eadem materia concursus plurium personarum ejusdem generis cum inæqualitate graduum diversitate linearum concurrentium ad eandem dispositionem, Et quatenus detur omnibus concursus, quomodo hic esse debeat, an in uno vel in stirpes.

Disc. XXIII.

Romana fideicommissi de Victorinis.

De concursu plurium ratione proximitatis, attendenda sit proximitas gravantis vel gravati in specie quid ubi fiat transitus de uno gradu ad alterum ordine personarum ad alium.

Disc. XXIV.

De concursu masculorum diversæ qualitatis, & fideicommissum masculinum, quia nempe agnati, & procreati per masculum, alii agnati, & procreati per feminam, An scilicet agnatis masculis veniant solum primi, vel primogeniti secundi, habita sola ratione sexus, non rato medio.

Disc. XXV.

Romana primogenitura de Bubalo.

De eadem materia concursus masculorum agnatorum, & cognatorum ad fideicommissum masculinum, An scilicet sub nomine filiorum, ac adoptivorum masculorum veniant masculi, & per feminas, Et quando vocatio, vel fideicommissum sit compatibilis cum contemporaneis agnationis.

Disc. XXVI.

Pistorien. fideicommissi de Cancellariis.

De eadem materia, An sub nomine filiorum descendens masculorum veniant solum masculi agnati per masculum, vel etiam masculi agnati per feminam.

Disc. XXVII.

Romana fideicommissi de Pontianis.

De eadem materia, An scilicet in fideicommissum ordinato pro filiis & descendens masculis veniant solum masculi immediati ex feminis agnatis.

Disc. XXVIII.

Parmen. fideicommissi de Garziti.

De eadem materia concursus plurium masculorum ad fideicommissum masculinum, An sub nomine masculorum, quatenus certum sit testatorum

ARGVMENTORUM.

fentiſſe etiam de masculis cognatis per feminam, veniant ſolum masculi immediatè procreati ex femina agnata, & sic per unum medium femininum, vel etiam omnes, etiam per duplex medium femininum; Et an hæc differentia sit considerabilis, necne.

Disc. XXIX.

Bonon. fideicommissi de Barberis.

De eadem materia, An scilicet vocatis masculis ex feminis agnatis, veniant ſolum masculi immediati, vel etiam mediati per duplex medium femininum; Et an vocatio filiorum hujusmodi femininarum conveniat nepotibus, ac ulterioribus descendentibus.

Disc. XXX.

Bonon. fideicommissi de Amoris.

De eadem materia vocationis masculorum ex feminis ut conveniat ſolum masculis immediatis, non autem mediatis; Et de extractione plurium vocatorum per sortes, quando hæc dicatur bene vel malè facta, Et ubi est malè facta, quid sit agendum.

Disc. XXXI.

Bonon. fideicommissi de Volta.

De eadem materia, ut sub nomine masculorum ex feminis veniant ſolum masculi immediati; Et an tali casu masculi mediati descendentes per duplex medium femininum excludant ultiores substitutos transverſales vel extraneos ex dispositione text. in l. cum avus, & l. cum acutissimi.

Disc. XXXII.

Bonon. fideicommissi de Mozzarinis.

De eadem materia, An sub nomine masculorum cognatorum veniant ſolum masculi per masculum, seu per unicum medium femininum, vel etiam omnes per plura media.

Defectis aliquibus substitutis sub eodem ordine vocatis, An portio defecta seu caducata accrescat aliis substitutis, vel remaneat libera penes heredem gravatum. Et incidenter de aliis punctis remissivè.

Disc. XXXIII.

Firmana primogenitura de Iuluccis.

De eadem materia, An vocatis masculis ex feminis de familia, veniant ſolum immediati, vel etiam alii per duplex medium femininum, Et de quibus feminis talis dispositio intelligenda sit, an scilicet ſolum de familia effeativa, vel etiam de contentiva & quali.

Ordinato fideicommissio conventionali inter plures, si tractu temporis in aliquo ulteriori substitutionum gradu pro diverso personarum genere aliqua portio, vel species bonorum in eadem unionem continuare non possit, An exiãde corrumpat & resoluta censeatur conventio in totum; Et aliqua de hærede, an possit alterare legem à testatore præscriptam, ut pinguis ejus voluntatè implet, vel præventivè facere in vita id quod si biinjunctum est in morte.

Disc. XXXIV.

Neapolitana fideicommissi de Lantaris.

De concursu utriusque sexus feminini & masculini, an femininus ratione lineæ vel gradus vincat masculinum, vel econtrà; Et quid ubi contemplata est agnatio. Et quatenus agnati veri vincant feminas vel cognatas, non obstantè prærogativa lineæ, vel gradus, An id procedat in illis cognatis qui de tempore facti casus jam per artem effecti erant agnati.

An facta seu artificialis renovatio familiæ detur in

Card. de Luca de Fideicom.

femina cognata, quæ sit successibilis in fideicommissio habente hoc onus.

Disc. XXXV.

Romana associationis.

De eadem materia concursus feminæ proximioris cum masculo remotiore; Et sub nomine cippi qui veniant, an feminæ sub eo comprehendantur.

Disc. XXXVI.

Ianuen. multiplici.

De eadem materia, an feminæ vel eorum descendentes veniant sub vocabulis generalibus successorum & descendentium in cursu masculorū agnatorum quoties Statutum exclusivum, vel aliæ circumstantiæ contrarium suadeant.

Disc. XXXVII.

Romana fideicommissi de Ursinis.

De eadem materia concursus feminarum cum masculis ordine successivo vel simultaneo. Et ubi per statutum successio solis masculis delata est exclusis feminis, seu aliis ex testatoris voluntate intrat masculorum prælatio, An masculis defectis, feminæ succedant in totum, vel ſolum in portione in qua successissent si fuissent masculi tanquam per speciem reintegrationis.

Disc. XXXVIII.

Bononien. donationis.

De eadem materia concursus feminarum, Et quando masculinum concipiat femininum, necne, Et in specie, an vocatis filiis nascituris, veniant feminæ, si ex filiis jã natis, vocati sunt ſolum masculi, feminæ verò neglectæ, An ex hoc refutet argumentum, ut masculinum non concipiat femininum. Et quid in dispositione inter vivos.

Disc. XXXIX.

Faventina primogenitura.

De eadem materia concursus feminarum ad fideicommissa vel primogenia agnatica, Et an ista qualitas contemplationis agnitionis excludat feminas necne; Et incidenter quando transactio obstat interdictis possessoriis fideicommissario competentibus.

Disc. XL.

Bononien. fideicommissi de Cataneis.

An sub nomine legitimorum hæredum de familia, in dispositiva vel in conditionali veniat feminæ, vel masculi ex feminis procreati; Et quando existentia de facto personarum generis in conditione positi, licet non succedant, impedit purificationem conditionis, sive an genus in dispositiva vel conditionali contentum, ac aptum comprehendere omnes, restringatur ad personas prius expressis, ubi prædictum obstat dispositio, vel ratio text. in l. cum avus, & l. cum acutissimi; Et aliqua de suspensione, donec durat spes vel potentia existentie personarum de genere prius vocato.

Disc. XLI.

Romana fideicommissi de Glorieris.

De eadem materia, An scilicet in defectum masculorum vocatio censeatur de feminis agnatis per masculos immediatè procreatis, vel etiam de feminis cognatis & per feminam descendentes, ipsarumque feminarum filii.

Disc. XLII.

Romana vinea, seu fideicommissi de Monte.

De eadem materia concursus feminarum, An scilicet veniant sub nomine filiorum, nepotum, & descendentium, ita ut masculinum concipiat femininum, necne, Et quid ubi prætenditur contemplatio

* 2.

De LUCA
de
flamentis
et cat,
cvi
9

templata agnatio ; Et quando hujusmodi contemplatio adesse dicatur ; Et præsertim an agnationis ratio adjecta alicui prohibitioni talem contemplationem inducat pro exclusione fœminarum , aut fideicommissum ampliet ad totam familiam.

Disc. XLIII.

Romana fideicommissi de Donis.

De eadem materia concursus fœminarum vel descendendum ab eis ; Et an qualitas masculina adjecta in uno substitutionum gradu , vel in uno personarum genere repetita censeatur in altero ; Et aliqua de vulgari anomala , seu in fideicommissio impediens caducationem gradus sequentis ob corruptionem præcedentis.

Disc. XLIV.

Boronien. fideicommissi de Guidottis.

De eadem materia concursus fœminarum , Et an earum vocatio cum masculis intelligenda sit ordine simultaneo vel potius successivo , & subsidiario , Et quatenus juxta hanc secundam speciem , An intelligatur in propria linea , vel etiam in omnibus aliis.

Et restricta fœminarum vocatione ad innuptas tantum , An fœminæ nuptæ concurrere possint , rejecta dicta restrictione tanquam conditione inductiva viduitatis.

Disc. XLV.

Romana fideicommissi de Baldassinis.

De eadem materia concursus fœminarum ; Et an vocata fœmina innupta , quæ ducere deberet virum assumpturam familiam testatoris , admittenda sit vidua & senex habens filios masculos familiam assumere paratos.

Disc. XLVI.

Marsicana successiones.

De eadem materia concursus fœminarum , Vocante scilicet testatore filios masculos , exclusis feminis , sub expressa lege , ut nihil prætereundum possent , atque in defectum masculorum vocante veniant necne dictæ fœminæ exclusæ ad successionem fratrum institutorum in concursu remotiorum collateralium.

Disc. XLVII.

Interamnen. fideicommissi.

De eadem materia concursus fœminarum ; Et an fœmina tam in parte conditionali quàm dispositiva , atque tam in portione proprii parentis , quàm in illa patrum concurreant cum masculis , vel eos respectivè excludant ; Et de differentia inter partem conditionalem circa portionem proprii parentis , & dispositionem circa portionem patrum.

Disc. XLVIII.

Montis Alti seu Maeraten. fideicommissi

De eadem materia concursus fœminarum , An scilicet ista quamvis expressè exclusæ extantibus masculis , istis defectis succedant in fideicommissis etiam agnatis , in quibus ubi expressa contemplatio agnationis habita sit in concursu ulterioris substituenti extranei , vel saltem faciant deficere conditionem substitutionis , ejusque purificationem impediunt.

Disc. XLIX.

Amerina fideicommissi de Ianfelicibus.

De eadem materia concursus fœminarum cum masculis agnatis , quos testator in una parte , seu substitutionum ordine exclusit , An scilicet isti veniant sub genere masculino posito in conditione , in cuius defectum fœminæ vocatæ sunt ,

vel potius exclusio in parte dispositiva in substitutionem in partem conditionalem necne.

Et de doctrina *Cumani in l. cum ita*. An scilicet vocatione proximioris censeatur per vulgarem , vel per fideicommissariam.

Disc. L.

Romana primogenitura de Capisuccis.

Vocatis ad fideicommissum vel primogenituram illis de familia , quoniam veniant , An illi de eadem tantum , vel etiam de contentiva ; Et quoniam etiam ista vocata censeatur , quibusdam non veniat ; Et an omnes idem cognomen eademque insignia gestantes , concursum in hujusmodi successione prætereundum valeant ; Et inter alios agitur de familiarum identitate ad alios agnos , nempe juris patronatus , nobilitatis , & aliorum jurium honorificorum.

Disc. LI.

Reatina fideicommissi de Solidatis.

De eadem materia vocationis familiarum , An contentiva tantum , vel etiam contentiva , & æquali ; Et an ratio conservationis bonorum familia adjecta prohibitioni alienationis , vel alteri dispositioni ampliet fideicommissum ad personas vel casus non expressos , ita ut veniat etiam familia contentiva , quamvis vocatio dispositiva soli effectivæ conveniret.

Disc. LII.

Romana legati de Carafis.

De eadem materia dispositionis factæ ad favorem familiarum , sub cujus nomine non dubitetur contentivam , An veniat universæ familia , nec curata distinctione ad juncturam , seu alia directate , vel potius veniat tantum illa pars familiarum , qua erat testator ; Et an talis dispositio sit de rebus vel individua , ita ut conveniat omnibus familia tunc extantibus , vel potius uni tantum & cui ; Et in specie de dispositione facta ad favorem Cardinalium , & Prælatorum de familiarum tempore , an uni tantum , vel omnibus conveniat.

Disc. LIII.

Romana fideicommissi de Alberinis.

De eadem materia familia positæ in parte dispositiva vel conditionali , quæ veniat , ubi non est resicibilis effectiva , an scilicet solum contentiva proxima , vel etiam contentiva remota ; Et ratio conservationis bonorum in familia ampliet præcedens fideicommissum ad universam familiam ultra personas ad illud expressè vocatas ; Et de caducatione ulterioris substitutionis ob defectam conditionem , sub qua illa ordinata est.

Disc. LIV.

Faventina fideicommissi de Fenzomis.

De eadem materia , An scilicet ratio conservationis bonorum in familia vel descendencia adjecta prohibitioni alienationis , vel alteri dispositioni inducat fideicommissum restitutorium in casu mortis , vel illud ampliet ultra casus ac personas expressas ; Et ubi illud non induceret , sed induceret tantum fideicommissum conservatorium ; An istud impediatur dispositionem ad favorem legitimum heredum ab intestato succedentium , quamvis non sint de familia.

Disc. LV.

Romana fideicommissi de Boncompagni.

De concursu plurimum æquè vocatorum , & ejusdem generis , quorum unus alterum excludere videtur ob prælectionem de eo factam à gravato ; An scilicet & quando gravatus intervertere possit succedendi ordinem à testatore præscriptum , atque

ARGUMENTORUM.

atque aliquos ex vocatis præeligere, alios verò excludere; Et an hæc facultas data primo hæredi gravato influat in alios; Sive an eadem facultas per argumentum à contrario sensu resultet à ratione seu voluntate per testatorem explicata, quod bona nõ exeant à familia vel genere vocato.

Disc. LVI.

Parmen. fideicommissi de Anguisciolis.

De eadem materia concursus plurium ejusdem generis & gradus æqualiter in fideicommissis succedere debentium, quorum unus alterum excludere velit ex beneficio præelectionis, seu dispositionis ultimo morientis; Et an data per fideicommissentem facultate fideicommissarii alienandi inter sese, id importet facultatem disponendi per ultimam voluntatem, seu aliàs præeligendi unum & alterum excludendi.

Disc. LVII.

Romana hæreditatis de Spatis.

De eadem materia concursus ad fideicommissum plurium personarum ejusdem generis, quarum aliqua alias excludere prætendunt ex præelectione facta per gravatum morientem in vim facultatis data à testatore, quomodo ista facultas exercenda sit; Et an concepta in numero plurali verificari possit in numero singulari ac exerceri cum uno tantum, aliis omnino neglectis; Et quatenus non, quomodo inter plures exercenda sit; Et incidenter de puncto, an verba testatoris concepta per viam intentionis vel desiderii quod ipse haberet importet præceptum ac inducat fideicommissum; Et an & quando fideicommissarius sit hæredi gravato legitimus contradictor.

Disc. LVIII.

Romana locorum montium.

De eadem materia facultatis disponendi data hæredi gravato, quomodo intelligenda sit compatibiliter cum fideicommissis relictorio expressè ordinato, Et an talis facultas exigat mentionem specialem, ut dicatur ad exercitium deducta, vel sufficiat dispositio generalis resultans ex institutione hæredis.

Disc. LIX.

Bonon. de Campegnis.

De eadem materia facultatis disponendi data per testatorem hæredi gravato, an sit exercibilis in totum etiam per ultimam voluntatem; Et an saltem reservari debeat quarta pars ad terminos text. in *Auth. contra cum rogatus C. ad rebellian.*

Disc. LX.

Bonon. fideicommissi de Felicitinis.

De eadem materia facultatis data gravato eligendi, seu nominandi aliquem ad successionem, an valeat, vel potius dispositio quæ dici solet captatoria; Et quatenus valeat, an electus seu nominatus dicatur habere jus à nominante, vel à testatore dante facultatem, ita ut teneatur necnè ad debita nominantis.

Disc. LXI.

Bononien. fideicommissi de Monterentis.

De eadem materia facultatis data alteri eligendi vel nominandi successorem in fideicommissis, An sit nulla tanquam in alterius voluntatem collata.

Disc. LXII.

Romana hæreditatis de Iordanis.

De eadem materia, An quando fideicommissum collatum in voluntatem vel arbitrium ipsius hæredis gravati, valeat ac sit illius obligatorium necnè.

Disc. LXIII.

Bononien. fideicommissi de Bonisolis.

An & quando Religiosi professi, vel ex eorum persona Monasterium succedant in fideicommissis, sive illis obtentis per professionem priventur, aut faciant deficere fideicommissi conditionem, cum aliis ad hanc materiam.

Disc. LXIV.

Romana fideicommissi de Cuppis.

De eadem materia exclusionis Religiosorum, Et in specie an expressa exclusio clericorum qui sint sufficienter provisi de Beneficiis continere dicatur exclusionem Religiosorum.

Disc. LXV.

Bonon. fideicommissi de Pastarinis.

De eadem materia exclusionis Religiosorum; Et in specie, An illi ex gravato superstitibus deficere faciant conditionem, si sine filiis, etiamsi ipsi sint insuccessibiles, Et an exclusio Religiosorum intelligenda veniat in concursu secularium, non autem ut Religiosus magis proximus excludatur per alterum religiosum remotiorem.

Disc. LXVI.

Viterbien. successiones.

De eadem materia Religiosorum, & an & quando Monasterium succedat necnè loco filii. Et quatenus succedat, An id procedat ad favorem alterius quam ipsius Monasterii puta ejus cui Religiosus ante professionem fecit cessionem.

Disc. LXVII.

Parmen. primogenitura de Manfredis.

De eadem materia exclusionis Religiosorum & Monasteriorum, Et an illa conveniat clericis secularibus, si testator excludendo Religiosos adjecit etiam verbum, *Sacerdotum*; Et quatenus talis exclusio etiam clericos seculares includeret, An comprehenderit illum, qui specialiter per nomen appellativum à testatore vocatus est, ob dictam qualitatem postea superventam.

Disc. LXVIII.

Bononien. fideicommissi de Nascenoriis.

De concursu personarum generis vocati, quibus obstat qualitas seu defectus natalium, Et an & quando naturales legitimi, vel naturales tantum succedant in fideicommissis, ac veniant sub genere agnatorum vel descendentium; Et in specie, an legitimatio obtenta post factum casum fideicommissi retrotrahatur in præjudicium eorum quibus jus delatum, vel questum esset.

Disc. LXIX.

Bononien. fideicommissorum de Victoris.

De eadem materia successionis legitimorum in fideicommissis, Et de probatione filiationis ad eundem effectum.

Disc. LXX.

Rapollen. seu Melphien. fideicommissi.

Appellatione filiorum, An & quando veniant nepotes, & ulteriores descendentes, tam in parte conditionali, quam dispositiva; Et quatenus etiam in hac ultima veniant, ita ut censeantur vocati, An censeantur etiam gravati ordine successivo, vel potius vocatio terminet in primis.

Disc. LXXI.

Bononien. fideicommissi de Sala.

De eadem materia, An sub nomine filiorum in parte dispositiva veniant nepotes, vel ulteriores descendentes, ita ut gravatus restituere filiis censeatur necnè restituere nepotibus; Et de genereposito in conditione restringendo ad personas dispositivè vocatas.

* 3

Disc.

De LUCA
De
Itamenis
et cat.
CVI
9

Disc. LXXII.

Florentina fideicommissi de Medicis.

De eadem materia, An appellatione filiorum in parte dispositiva veniant nepotes, Et in specie, vocatis filiabus filiorum, An veniant filia nepotum in exclusionem filiarum ex filiis primi gradus.

Disc. LXXIII.

Fulginaten. fideicommissi de Roncallis.

An & quando filii in conditione positi censeantur vocati; Et incidenter de retentione quæ fideicommissario competit de bonis hæredis gravati pro reintegratioe fideicommissi.

Disc. LXXIV.

Romana fideicommissorum de Manrellis.

Stante Statuto Urbis, quod filii positi in conditione fideicommissi censeantur tacite ad fideicommissum vocati, An id procedat in filiis positis in conditione tacita resultante à dispositione textus in *l. cum avus ff. de condit. & demonstr. & l. cum aentissimi Cod. de fideicommissi.* Et ad materiam dictarum legum.

Disc. LXXV.

Romana fideicommissi de Incastratis.

An Statutum Urbis inducens vocationem filiorum in conditione positorum suffragetur nepotibus ex filio prædefuncto, eosque capiat.

Disc. LXXVI.

Romana fideicommissi de Cincis.

Positi in conditione filiis, ac nepotibus per alternativam, vel etiam copulativam, An censeantur omnes ex Statuto Urbis vocati per fideicommissariam, vel potius per solam vulgarem.

Disc. LXXVII.

Asina de Bernabuccis.

Filii in conditione positi, quando ex Statuto vel conjecuraliter vocati essent, An vocatio intelligatur ad portionem patris, non autem patrum, Et quando ad istam etiam vocati censeantur ex conjecturis; Et aliqua de transmissione.

Disc. LXXVIII.

Prænestina fideicommissi.

De filiis in conditione positis ex Statuto Urbis vocatis, An censeantur vocati ad solam portionem patris, vel etiam ad illam patrum; Et quatenus censeantur vocati ad portionem patrum defuncti ante patrem, An sit opus ut pater talem portionem agnoscat.

Disc. LXXIX.

Romana fideicommissi de Capogallis.

An filii in conditione positi, ex Statuto vocati censeantur ad ea bona, in quibus pater successit in vim substitutionis pupillaris, aliàs quam ex substantia testatoris.

Disc. LXXX.

Romana Apothecarum.

An Statutum Urbis 142. inducens vocationem filiorum in conditione positorum, locum habeat quando sunt positi in conditione occasione pacti resolutivi in contractu, seu quando aliàs dictum Statutum non intrat; Et aliqua de vocatione etiam ad portionem patrum.

Disc. LXXXI.

Romana domus de Guidottis.

An vocatio filiorum in conditione positorum resultans à Statuto Urbis, locum habeat quando filii positi sunt in conditione in reciproca inter duos hæres status in æqualis, quorum unus non poterat habere filios; Et incidenter aliqua de materia legitimi contradictoris, ac de exceptione de tractionum.

Disc. LXXXII.

Viterbien. fideicommissi de Peronis.

An ex vocatione activa inferatur ad passivam, hæc filii in conditione positi censeantur, nè dum vocati sed etiam gravati, Quod etiam influit ad materiam *consil. 21. Oldrad.*

Disc. LXXXIII.

Parmen. fideicommissi de Venturis.

De eadem materia, An filii in conditione positi censeantur vocati etiam vocatione passiva, & hæc gravati, nè dum ad favorem propriorum filiorum sed etiam aliorum substitutorum vocatorum in conditione sine filiis; Et de limitatione *consil. Oldrad.*

Disc. LXXXIV.

Romana fideicommissi de Maximis.

De eadem materia *consil. 21. Oldrad.*, ejusque limitatione, ita ut filii non faciant deficere conditionem fideicommissi, sed illud duret in eis, & in cæteris descendentes, Et aliqua de receptione linearum.

Et de alienatione bonorum fideicommissorum, an sublineatur ratione ignorantie, & iustæ credulitatis & bonæ fidei, cujus ratione tunc possessor fit tutus.

Disc. LXXXV.

Banon. fideicommissi de Argile.

De eadem materia *consil. 21. Oldrad.* An scilicet quando ab eo recedatur, ita ut filii in conditione positi non faciant deficere substitutionem, & censeantur sub eorum nomine vocati & gravati omnes descendentes in infinitum.

Non comparent proximior vocato ad fideicommissum, an remotor secundo loco vocatus possit illud petere oblata cautione restituendi proximiori venienti, Et aliqua de theorica Communi. An scilicet vocato proximior, vocatio terminetur in primo, vel transeat ad sequentes.

Disc. LXXXVI.

Laurentiana fideicommissi.

Ad eandem materiam *consil. 21. Oldrad.*, quando tunc ejus decisio vel potius limitatio, ita ut portio in conditione filiorum importet etiam eorum vocationem activam & passivam cum successivo fideicommissio; Et an verba, *ita quæ na semper remaneant in descendencia*, dicantur stare principaliter ad inducendum fideicommissum, vel potius consecutivè, quatenus scilicet gravatus moriatur sine filiis.

Disc. LXXXVII.

Sabinen. fideicommissi de Sarangelis.

De eadem materia, *consil. 21. Oldrad.*, ejusque limitatione; Et dato progressu substitutionis ad favorem feminarum, qualium sit potior conditio. An illarum testatoris, vel illarum hæredis gravati.

Disc. LXXXVIII.

Perusina fideicommissi de Corradis.

De substitutione concepta sub conditione filiorum, cui adjiciatur altera, Et ab intestato per copulam, An ista intelligenda sit copulativè, vel potius alternativè; Et quando quis dicatur defunctus ab intestato, etiamsi testamentum condiderit, & aliqua de fideicommissio in casu alienationis.

Disc. LXXXIX.

Placentina fideicommissi de Todisobis.

De theorica seu distinctione Saccini in *l. solennis ff. de cond. & demonstr.* super verbo non extrahitur. An intelligatur per vulgarem, vel per fideicommissariam, Et de differentia inter istam theoriam

ARGUMENTORUM.

ricam, & regulam derivantem à *conf. 21. Oldrad.* cum ejus limitatione; Et aliqua de reciproca, ac etiam de prælegato seu fideicommissio univerſali, ubi ejus conditio defecit.

Disc. XC.

Eugubina fideicommissi de Magnis.

Ad materiam *conf. 177. Oldrad.* An scilicet substitutio facta in casu deficientiæ locum habeat in casu non existentia, vel potius intret caducatio.

Disc. XCI.

Florentina fideicommissi de Albertis.

De theoria *Cumani in l. cum ita §. in fideicommissi ff. de leg. 2.* An scilicet vocatio alicujus eiusque filiorum expret in primo & per vulgarem, vel habeat tractum successivum per fideicommissariam.

Disc. XCII.

Ariminen. fideicommissi de Bartoluis.

De eadem theoria *Cumani*; An scilicet vocato proximior, terminet vocatio in primo, vel potius habeat tractum successivum, ita ut ille censetur gravatus restituere alteri proximiori, & sic successivè.

Disc. XCIII.

Romana fideicommissi de Romanis.

De eadem theoria *Cumani*. An substitutio facta de proximior terminet in primo, vel habeat tractum successivum per fideicommissariam.

Disc. XCIV.

Romana transaktionis.

De eadè theoria *Cumani*. An scilicet vocatio proximior sit per vulgarem, ac terminet in primo, vel sit per fideicommissariam cum tractu successivo.

Et de transactione inita per heredem gravatum & primum fideicommissarium, qui successorem sperabat super futura spe eventuali, An afficiat successores fideicommissarios venientes jure proprio independenter à transigentibus.

Disc. XCV.

Ianuen. primogenitura.

Ad materiam textus in *l. heredes mei §. Cum ita ff. ad Trebell.* Quando scilicet numerus pluralis resolvatur in singularitates, & quæ conditio in persona plurium adjecta sufficiat, ut in singulis verificetur.

Et de materia reciproce substitutionis inter plura substitutorum genera, quando intret, necnè; Et an detur in primogenituris vel fideicommissis ordo successionis retrogradus, ita ut de secundo ordine fiat reversio ad primum, vel potius de secundo fiat transitus ad tertium, & sic successivè.

Disc. XCVI.

Avenionen. fideicommissi.

De eadem materia textus in *l. heredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* super resolutione numeri pluralis in singularitates; Et præsertim ubi conditio mortis plurium respicit duos gradus, An tunc cesset dicta resolutio necnè.

Et de interpretatione Statuti Avenionensis prohibentis durationem fideicommissi ultra tres substitutionum gradus, quomodo intelligendum veniat.

Disc. XCVII.

Urbevetana fideicommissi de Cervaria.

De eadem materia textus in *l. heredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* super resolutione numeri pluralis in singularitates, & præsertim super limitatione existentiam personæ prædilectæ, quæ, vel jure transmissionis, vel jure implicitæ vocationis præ-

ferri debeat ulteriori substituto; Et de altera limitatione ob individuum qualitatem honorum vel dispositionis.

Disc. XC. VIII.

Firmana fideicommissi de Casanova.

Ad eandem materiam text. in *l. heredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* super resolutione numeri pluralis in singularitates, & de illius limitationibus; Præsertim de illa quando superest persona prædilectæ, & an hæc succedat jure propriæ vocationis, seu transmissionis, vel potius jure successionis ultimò morientis; Et an in transmissario censetur repetita eadem conditio idemq; onus.

Disc. I C.

Romana fideicommissi de Fontana.

An reciproca simpliciter ordinata inter plures, quorum aliqui sint univerſaliter instituti, & alii particulariter, conveniat omnibus, vel potius intelligatur discretivè inter comprehensos sub eadem substitutione? Et aliqua de licita alienatione bonorum fideicommissio non obstante.

Disc. C.

Bononien. bonorum de Ubaldis.

De reciproca inter filios & descendentes ordinata, quando censetur linearis, & de linea ad lineam, vel potius discretiva in qualibet linea, & inter singularum linearum descendentes inter se tantum; Et aliqua de alienatione bonorum fideicommissi ex causa dotium, sive pro liberandis descendentes à banno capitali, sive ex alia simili causa.

Disc. CI.

Perusina fideicommissi de Baptistis.

De reciproca lineari quando censetur inducta, vel potius illa censetur discretivè in singulis lineis.

Disc. CII.

Urbevetana fideicommissi de Justinianis.

De eadem reciproca lineari, quando adesse dicatur, vel potius ordinata censetur in linea cujuslibet discretivè; Et an appellacione filiorum, tam in conditionalibus, quam in dispositivis veniant feminae.

Instituti duobus, vel pluribus, eorumque filii ac fratribus substitutis, An sub hac substitutione veniant ipsi hæredes primi gradus superstites; Et sic vocatis filii fratrum institutorum, An etiam ipsi fratres veniant.

Disc. CIII.

Sutrina successionis.

De eadem materia reciproce linearis quando intret necnè.

Et quando fideicommissum dicatur restrictum ad certam ætatem vel certum tempus, vel potius restrictione non obstante sit indefinitum.

Disc. CIV.

Romana seu Urbevetana successionis.

De eadem materia reciproce linearis, & de differentia inter unam, vel plures lineas ab initio constitutas.

Disc. CV.

Firmana fideicommissi de Manardis.

De eadem materia reciproce linearis, & præsertim ubi illa concepta est in numero singulari, puta, *Et filius, &c.* An conveniat omnibus, ac resolvatur in pluralitatem.

Disc. CVI.

Romana palatii de Capranica.

De reciproca contenta in dispositione vocante ab initio plures personas plures diversas lineas conti-

De LUCA
De
Itamentis
et cat.
CVI
9

constitutas, An intelligatur discretivè inter descendentes cujuslibet lineæ, non autem de linea ad lineam, vel potius etiam isto secundo modo ob rei individuitatem, vel quia disponens consideraverit omnes tanquam de uno genere, seu linea.

Disc. CVII.

Perusina fideicommissi de Ansideis.

De educatione secundæ substitutionis ob caducationem primæ: Et quando corrupto antecedenti gradu substitutionis, caducantur sequentes, Vel potius intret vulgaris in fideicommissio, seu anomala ad theoreticam *Bart. in l. quamvis ff. de acquir. hered.*

Disc. CVIII.

Romana domus.

An utraque vulgaris directæ, vel in fideicommissio, aliàs *Anomala* contineatur sub compendiosa substitutione facta in legatis, & fideicommissis particularibus, ad effectum præservandi à caducatione resultantem à corruptione gradus præcedentis; Et quid in hoc operetur favor piæ causæ substitutionis.

Disc. CIX.

Romana restitutionis dotis.

An & quando secunda substitutio dicatur alterius accessoria, & dependens, ita ut prima caducata vel cessante, illa quoque cesset; Vel potius stet independentem, ac per se non subiecta caducationi substitutionis antecedentis.

Et incidenter, An verba importantia libertatem sint compatibilia necne fideicommissio.

Disc. CX.

Romana legatorum.

An ad effectum caducationis, seu juris accrescendi vel non decrescendi, substitutio reguletur jure institutionis, vel primæ dispositionis, ita ut non data substitutione universali, vel ea data & caducata, substitutio particularis in usufructu vel alia re particulari efficiatur universalis, eo modo, quo de prima institutione sequitur; Et incidenter, An institutus hæres in usufructu post ejus mortem alter sit vocatus ad proprietatem, dicatur hæres pleno jure, ita ut vocatus post ejus mortem censeatur substitutus, tam ad effectum caducationis quam detractionum & alios, Vel potius habeatur jure legatarii, alter autem censeatur hæres directus ab initio.

Disc. CXI.

Romana juris accrescendi.

De jure accrescendi quando intret inter substitutos, & ad eorum favorem, vel potius portio defecta cedat commodo hæredis gravati.

Et quando plures in eadem dispositione gravati, dicantur conjuncti re vel verbis; Et quando substitutiones dicantur particulares, vel universales.

Disc. CXII.

Fuventina hereditatis.

De transmissione fideicommissi conditionalis in filios substituti præorientis gravato pendente conditione, An & quando intret necne ad effectum concursus cum aliis substitutis superstitibus.

Atque pluribus simul substitutis, si aliqui deficiant ante factum casum fideicommissi, vel non existant, An istorum portio caducata remaneat penes heredem gravatum, vel potius accrescat aliis substitutis.

Disc. CXIII.

Narvien. fideicommissi.

De eadem materia transmissionis, ad eundem effe-

ctum de quo in præcedenti, pro admittendo licet concursum filiorum substituti præorientis cum aliis substitutis superextantibus.

Disc. CXIV.

Bituntina fideicommissi.

De eadem materia transmissionis fideicommissi conditionalis in filios substituti præorientis conjunctis.

Disc. CXV.

Tudertina fideicommissi de Accursio.

De extensione fideicommissi ad filios præorientis substituti vel gravati in exclusionem ulterioris substituti ex dispositione textus in *l. cum avus, ff. de acquir. sumi*, etiam in testamento transverso, que de suppletionem per legem faciendam testatorem omitti, per eum tamen voluntati.

Disc. CXVI.

Senogallien. fideicommissi de Verzelliti.

De extensione fideicommissi ad casum casum ad materiam textus in *l. placet ff. de test. posthum.* An scilicet institutio vel respectiva substitutio facta de posthumo, seu ventre rogante uxoris, conveniat filiis postmortem eadem vel diversa uxore procreatis.

Disc. CXVII.

Senen. primogenitura de Spannazzi.

Vocato primogenito alicujus, An primogenitus extendatur ad secundo & tertio alioque filios res genitos ejusdem, vel potius restringatur ad primogenitum, in quo dispositio effectum præstita sit, ejusque lineam.

Disc. CXVIII.

Romana census seu fideicommissi.

De fideicommissio resultantem à verbis enumeratis seu præsuppositivis, habentibus tamen relationem ad aliam dispositionem faciendam, An non sequuta, remaneat dispositio perfectæ, ne, vel potius tanquam remanens in tempore velleitatis evanescat.

Disc. CXIX.

Sutrina seu Civitatis Castellana fideicommissi.

Dispositio testatoris, ut veniente certo casu seu debeat testamentum ejus patris vel alterius joris, An intelligi debeat per veritatem, An succedant personæ in testamento relato vocatae verè censeatur paterna dispositio, Vel potius per similitudinem; Et quatenus testamentum latum nullum contineat fideicommissum, An istud referens evanescat.

Disc. CXX.

Hydruntina hereditatis.

Facta substitutione sub duplici conditione mortis hæredis instituti absque filiis & ab intestato, An requiratur copulativus utriusque conditionis concursus, vel sufficiat alternativus; Et an conditiones adjectæ filiis hæredis gravati, veniant etiam ipsimet primo hæredi, ita ut sufficiat in eo verificari pro exclusionem substitutionis.

Disc. CXXI.

Aesina substitutionis.

An substitutio pupillaris in re certa vim habeat directæ, vel potius sit omni tempore fideicommissaria.

Disc. CXXII.

Romana successions de Fabricii.

Substitutio compendiosa facta filio impuberi instituto in re certa, An intra tempus pupillaris substitutio sit directæ, ita ut trahatur ad totum, etiam bona propria pupilli.

ARGUMENTORUM.

Disc. CXXIII.

Heretana bonorum.

An quando substitutio pupillaris tacita contenta sub compendio facta filio pupillo universaliter instituto habeat vim omnino directam, ita ut excludat matrem à legitima, vel potius censenda sit omni tempore fideicommissaria.

Disc. CXXIV.

Romana hereditatis de Gabrielibus.

An substitutio compendiosa facta per paganus filio impuberi per verba communia, contineat directam pupillarem, vel potius sit omni tempore fideicommissaria, etiam matre non existente in medio, quoties restricta est ad hereditatem, ac bona ipsius testatoris.

Disc. CXXV.

Rossanen.

An præmortente substituto, pupillaris substitutio caducetur, vel potius transferatur ad substituti heredes sanguinis, vel etiam extraneos, ad text. in l. qui patri ff. de acquir. hered.

Disc. CXXVI.

Nellius seu &c. fideicommissi.

De tacita pupillari comprehensa sub vulgari quando intret necne; Et quid de fideicommissaria sub eadem vulgari contenta; Et præsertim, An sicut dicta tacita pupillaris cessat existente matre in medio, idem quoque sequatur existente patre, quia substitutio facta sit per avum paternum.

Disc. CXXVII.

Iannu. fideicommissi de Levantiis.

An substitutio vulgaris concepta in casu non natiuitatis seu non existentie, contineat etiam sub se fideicommissariam in casu existentie & mortis; Et an substitutio facta uni, qui scriptus est heres in testamento, repetita censetur alteri instituto in codicillis cum revocatione primæ institutionis, vel potius revocata institutione, revocata etiam censetur substitutio.

Disc. CXXVIII.

Reatina fideicommissi de Clavellonibus.

Quando dicatur adesse fideicommissum particulare contradistinctum ab universali, & de effectibus ex hac inspectione resultantibus; Et an prohibitio alienationis restricta ad certa bona inducat fideicommissum particulare distinctum ab universali, & quatenus non inducat, quos effectus dicta restrictio operetur.

Disc. CXXIX.

Urbinate. predii.

De eadem materia, An scilicet inter easdem personas ad fideicommissum universale vocatas inducitur censetur fideicommissum particulare super certis bonis, ob aliquam particularem prohibitionem, seu aliam dispositionem in eis factam.

Disc. CXXX.

Afulana fideicommissi de Miglianis.

An fideicommissum sit universale comprehendens etiam bona mobilia, & fructus maturatos seu collectas ac extantes de tempore mortis testatoris, vel potius sit particulare restrictum ad bona stabilia, vel quæ stabilium loco habeantur; Et quatenus sit universale comprehendens mobilia, & fructus, quænam mobilia restitui debeant, & quomodo fructus non extantes debeant estimari.

Card. de Luca Fideicom.

Disc. CXXXI.

Romana fideicommissi de Coronis.

An & quando sub fideicommissio veniant prælegata facta eidem hæredi gravato, seu legata facta aliis effecta caduca, seu cadentia sub caducitate pœnali, Et de differentia inter casum caduci & casum caducitatis.

Disc. CXXXII.

Boyonien. fideicommissi de Bolognetis.

De eadem materia, An scilicet prælegata veniant sub fideicommissio univrsali, & de conjecturis id suadentibus.

Disc. CXXXIII.

Firmana fideicommissi de Fulchiis.

De eadem materia prælegati cadentis necne sub fideicommissio univrsali, sive sub particulari omnium bonorum stabilium; Et quando dicendum non sit prælegatum distinctum à fideicommissio, sed potius quod importet quandam majorem portionem unius ex vocatis ad unum, & idem fideicommissum.

Disc. CXXXIV.

Romana fideicommissi de Castis.

An, & quando fideicommissum capiat bona propria hæredis, vel ei jure proprio competentia; Et quando testator gravare possit hæredem in bonis propriis; Et quatenus possit, quando censetur voluisse.

Disc. CXXXV.

Romana primogenituræ de Cardellis.

De eadem materia potestatis gravandi hæredem in bonis propriis seu proprio jure competentibus; Et in specie, An in bonis donatis contemplatione matrimonii possit donator adicere fideicommissum cum ordine primogenituræ in præjudicium aliorum filiorum; Et incidenter aliqua de onere multiplici inuncto gravato, an cesset ob reservatam facultatem gravanti deputandi alium administratorem.

Disc. CXXXVI.

Mutinen. primogenituræ.

De eadem materia, An fideicommissum adjici possit in bonis propriis honorati & gravati; Et in specie, An ad fideicommissum vel primogenituram ordinatam occasione primi matrimonii, ac in donatione illius contemplatione facta, vocati censentur, vel ex intervallo per ipsum patrem ordinatorem vocari possint filii ac descendentes alterius matrimonii; Et incidenter, An primogenitura imputari debeat in legitimam primogeniti; Et an secunda dispositio sit eadem cum prima, & in ejus executionem.

Disc. CXXXVII.

Romana donationis de Cevis.

De eadem materia potestatis ordinandi fideicommissum in bonis non suis sed hæredis gravati, seu ad istum jure proprio spectantibus; Et in specie de fideicommissio, quod ordinetur in bonis donatis contemplatione matrimonii ad favorem extraneorum, & ultrà filios ex eo procreatos.

Disc. CXXXVIII.

Romana donationum de Alaleona.

De eadem materia potestatis gravandi fideicommissio honoratum in bonis propriis seu jure proprio competentibus; Et in specie, An in vim reservationis adjiciendi vincula & fideicommissa in donatione facta contemplatione matrimonii, adjici possit fideicommissum ad favorem extraneorum post filios defectos.

Disc.

de LUCA
de
tam
et
VI
9

Disc. CXXXIX.

Romana donationis de Andofillis.

De eadem materia ordinandi, vel prorogandi fideicommissum, sive aliud onus adjiciendi in bonis propriis illius qui honoratur; Et in specie; An donator ex intervallo adjiciat onera in bonis donatis ob augmentum aliorum bonorum; Et quatenus ille qui honoratur secundam dispositionem acceptare non possit cum tali onere ex defectu consensus, puta quia pupillus &c. An talis consensus suppleri possit ac debeat per judicium tutorem.

Disc. CXL.

Romana donationis de Silla.

An facta donatione contemplatione matrimonii cum facultate donatori reservata adjiciendi substitutiones vel fideicommissum, talis sola reservatio inducat necne fideicommissum etiam sine alio actu; Et quatenus induceret, An intelligatur solum de filiis, & descendentes ex illo matrimonio, vel de omnibus aliis, quamvis ex diversis matrimoniis, Et incidenter, An affectio alicujus cognati in familiam propriam sit revocabilis; Et de transactione, An obiter venienti jure suo independenter.

Disc. CXXLI.

Senen. fideicommissi de Tantucciis.

An & quando fideicommissum ordinari possit per contractum, ita ut valeat necne; Et quando dicatur universale de omnibus bonis, vel particulare in certis bonis, & quomodo id dignoscatur, cum aliis ad hanc materiam fideicommissi per contractum, ubi praesertim agatur de reciproco favore agnationis, & accedit juramentum.

Disc. CXXLII.

Narnien. praedii.

De eadem materia fideicommissi conventionalis, An praesupposita illius validitate, aliquid speciale in eo dignoscatur circa transmissionem faciendam per mortem conditione pendente.

Disc. CXXLIII.

Firmana praetensi fideicommissi de Bolognesis.

An & quale fideicommissum inducitur dicatur, si testator prohibita aliquorum bonorum alienatione, assignavit rationem, quia voluit esse supposita fideicommisso in perpetuum, non exprimendo quomodo, & ad cujus favorem.

Disc. CXXLIV.

Senogallien. fideicommissi de Seculis.

De fideicommisso ordinato ad favorem filiorum & heredum, An requiratur utraque qualitas copulative, vel una earum alternative sufficiat, ita ut verbum *haeres* stet qualificative, vel potius ampliative.

Disc. CXXLV.

Romana de Gratis.

De eodem, Appellatione scilicet heredum, qui veniant in materia fideicommissaria.

Disc. CXXLVI.

Bononien. fideicommissi de Medico.

De verbo seu vocabulo *progenies*, cui conveniat, Et an sub eo, tam in dispositiva quam conditionali veniant feminae, earumque descendentes, Et aliqua ad materiam *text. in l. cum avus, & l. cum acutissimi*, An procedant in dispositione transversalis, & quando.

Disc. CXXLVII.

Mantuan. fideicommissi.

Ad *cons. 68. Ancharani*, An scilicet facta substitutio-

ne filiis masculinis in casu mortis omnium filiorum ipsius testatoris sine filiis, substitutio restat ad solos filios masculos, quos ipse *haeres* tenuit, vel etiam sub tali conditione veniant ad eum testatoris filiae feminae per ipsum in alia seu alia re particulariter instituta.

Disc. CXLVIII.

Parmen. fideicommissi de Suffonis.

De fideicommissio ordinato in casu inquisitionis delicti. An dicatur apertum per solum inquisitionem, & carcerationem, si inquisitus ante condemnationem, vel contestationem litis obdormiat, & de conclusionem, An poena declarata in vita possit declarari post mortem, & prosequi causa criminis, Et an istud dicatur commissum poenale, vel conditionale.

Disc. CIL.

Romana hereditatis de Musis.

De fideicommissio ordinato in casu criminis Majestatis divinae vel humanae, an purificatur ex eo quod gravatus sacerdotem occidit, Et an hujusmodi substitutionibus locus sit solo delicto absque eo quod sequatur eius confiscationis.

Disc. CL.

Romana seu Sic. Offensorum.

Ordinata in testamento duplici substitutione su mortis, & in casu delicti & confiscationis, deinde in codicillis testator dicat revocare substitutionem, ita ut bona heredi libera remaneant, An revocata censeatur, vel potius substitutio in casu delicti & confiscationis immixtive de validitate substitutionis ad exclusionem confiscationem, Et de inclusione legum sub hoc fideicommissio poenali.

Disc. CLI.

Perusina transactionis.

De eadem materia fideicommissi in casu delicti, scilicet ordinato eum pluribus filiis ad favorem extranei obligati ad restituendum eisdem in partem restituitis; An uno tantum restituito, hujusmodi propria portio restitui debeat, vel potius hereditas, & sic etiam portiones aliorum filiorum in statu banni & indignationis Principis censuantur, & decedentium.

Et aliqua de fructibus ab hoc extraneo ita substituto in casu delicti, ipsis heredibus reintegrandis restituendis, quomodo, & a quo tempore.

Disc. CLII.

Romana seu Comen. locorum montium.

De substitutione heredibus aliis liberè institutis, & in solo casu delicti, An importet bonorum hereditarium vinculum, ita ut eorum liberam dispositionem impediatur; Et an facta casu delicti substitutionis competat substituto jus vindicandi bona ante delictum distracta.

Disc. CLIII.

Romana seu Iannuen. locorum montium.

An sicuti substitutio in casu delicti non impediatur alienationem vel liberam bonorum dispositionem ante quam fiat casus, ita etiam sequatur in casu substitutionis ob ingressum in Religionem, ita in casu facta casu substitutionis, ista retrorahatur nec ad bona medio tempore alienata.

Et aliqua de valida exclusionem seu privationem ingredientium Religionem, seu vitam clericalem praesentium.

ARGUMENTORVM.

Disc. CLIV.

Neapolitana hereditatis.

De fideicommissio vel substitutione in casu non implementi vel inobseruantia, aut contraventionis alicujus præcepti testatoris, an dicatur fideicommissum pœnale, vel conditionale; Et de differentia, ubi præceptum vel adimplementum adjectum est per viam conditionis, vel per viam modi, & de effectibus exinde resultantibus; Et quæ sint præcepta non obligatoria; Et in specie de illo de non transigendo.

Disc. CLV.

Romana hereditatis de Rubeis.

De eadem materia fideicommissi ordinati in casu non implementi vel contraventionis, An dicatur pœnale vel conditionale; Et an adversus adimplementum in tempore competat necne restitutio in integrum.

Disc. CLVI.

Placentina hereditatis.

De eadem materia fideicommissi vel substitutionis ordinata in casu alicujus non implementi infra certum terminum demandati, & in specie super erectione Monasterii juxta casum præcedentem; Et an constare debeat de præcedentibus disingentibus, quod opus prius demandatum adimpleri non potuerit.

Disc. CLVII.

Bnon. primogenitura.

De fideicommissio pœnali & caducitatis ex capite alienationis contra præceptum testatoris, quando intret necne; Et an solus consensus præstitus per habentem jus vel spem successione alienationi factæ per fideicommissi possessorem inducat eandem pœnam caducitatis contra consentientem.

Disc. CLVIII.

Croviatis Castellana fideicommissi.

De eadem materia fideicommissi ratione alienationis, quando illud aperiri dicatur; Et de differentia inter casum, in quo agatur ad fideicommissum ad ipsam rem alienatam tantum, & casum in quo ratione alienationis unius rei agatur ad caducitatem totius hereditatis.

Disc. CLIX.

Sublacen.

Alienatione prohibita sub pœna caducitatis, An veniat reciproca donatio facta per præmorientem conjugem ad favorem superstitis; Et an veniat impositio census facta super melioramentis, vel pro ea rata, pro qua idem gravatus eandem rem ab antiquo onere liberavit alterius census.

Disc. CLX.

Romana domus de Antoninis.

De invalida alienatione bonorum fideicommissi etiam in casibus aliis de jure permittis, ob male servatum ordinem in eisdem bonis distrahendis.

Disc. CLXI.

Tropien.

De valida vel invalida alienatione bonorum fideicommissi, ubi accedat licentia Superioris.

Disc. CLXII.

Mediolanen. fideicommissi.

Bona alienata pro ære alieno testatoris, & postea recuperata an reincendant in fideicommissum; Et de materia æris alieni, vel detractionum non percipiendarum ex bonis particulariter alienari prohibitis.

Cara. de Luca de Fideicom.

Disc. CLXIII.

Romana fideicommissi seu salviani de Pacificis.

De valida vel invalida alienatione bonorum fideicommissi pro expensis litium, ac aliis pro servitio ejusdem fideicommissi, Et quid pro alimentis gravati; Et quæ expensæ per fideicommissi successorem refici debeant, Et an in eas teneatur gravatus imputare fructus.

Disc. CLXIV.

Firmana fideicommissi de Navingerris.

De alienatione bonorum fideicommissi pro dissolvendo ære alieno testatoris, quando dicatur bene vel male facta.

Disc. CLXV.

Reatina bonorum de Canalis.

De facultate alienandi bona fideicommissaria cum derogatione fideicommissi, quando dicatur valida & effectum sortitura, vel potius surreptitia, seu male executi. Et de concursu creditorum gravati ad huiusmodi bona fideicommissaria in vim talis facultatis distracta.

Disc. CLXVI.

Maceraten. census.

De eadem materia derogationis fideicommissi, & facultatis obligandi ejus bona sub onere extinguendi debitum infra certum tempus, an dicta temporis limitatio obstat creditori; Et an hic teneatur prius executere bona libera debitoris, postea verò agere ad fideicommissaria.

Disc. CLXVII.

Bnon. diminutionis fideicommissi.

An facta alienatione cum licentia Principis vel Magistratus ad id potestatem habentis aliquorum bonorum vel jurium destinatorum fideicommissio particulari, cui Princeps vel Magistratus derogaverit, dicatur in hac parte diminutum fideicommissum, Vel potius hæres ex restantibus bonis hereditatis universalis teneatur supplere.

Disc. CLXVIII.

Romana fideicommissi de Marganis.

An gravatus fideicommissio possit bona fideicommissaria permutare cum se ipso, & alia æque idonea subrogare; Et incidenter, an ratio conservationis bonorum in familia adjecta prohibitioni alienationis vel alteri dispositioni, sit apta restringere præcedens fideicommissum restitutorium ad favorem omnium descendentium indefinite ordinatum, ita ut non nisi agnatis conveniat.

Disc. CLXIX.

Auximana seu Anconitana.

An in bonis gravati seu possessoris fideicommissi competat hypotheca ob alienationes bonorum sive non impleta onera sibi incumbentia. Et quantum talis gravatus expressè se obligaverit ad onerum implementum, à quo tempore hypotheca desumenda sit, an scilicet à die factæ obligationis, vel à die contraventionis & non implementi, præsertim in concursu hypothecæ dotis restituendæ ad favorem uxoris ejusdem gravati.

Disc. CLXX.

Romana liberationis a molestiis.

De apertura, seu restitutione fideicommissi etiam ante tempus, vel purificatam conditionem ob alienationes, & dissipationes ad text. in *l. Imperator ff. ad Trebell.* Et quid in præjudicium creditorum gravati.

Et de alimentis ipsimet gravato, ejusque filiis, & aliis in concursu ejus creditorum ex bonis fideicommissi.

De LUCA
De
tamentis
et cat.
CVI
9

Disc. CLXXI.

Romana donationis derlodanis.

De eadem materia alimentorum, quæ in concursu creditorum gravati fideicommissio, isto vivente prætantur per filios in spe vocatos ad fideicommissum.

Disc. CLXXII.

Bononten. de Caccialupis.

An transactio inita per hæredem gravatum cum prætendentibus habere jus super bonis fideicommissariis, censeatur facta nomine proprio, & ad propriam utilitatem, unde uti valeat iuribus cessis, vel dimissis contra fideicommissarium, Vel potius censeatur inita hæreditario nomine. Et incidenter, an vocato ultimo genito ejus qui plures habebat filios, veniat primogenitus qui aliis defunctis remansit unicuique.

Disc. CLXXIII.

Mantuvana primogenituræ seu transactionis.

An & quando transactio inita per gravatum vel feudatarium, aut similem, afficiat successorem in fideicommissio, vel feudo, venientem jure proprio independentem.

Disc. CLXXIV.

Croviatis Castellana fideicommissi.

De eadem materia, An transactio obster fideicommissario jure proprio venienti independentem à transigente.

Disc. CLXXV.

Spoletana fideicommissi.

De divisione inter plures gravatos, vel fideicommissarios, an per eam præjudicetur successoribus venientibus ex propria persona, ita ut per eam fideicommissum respectivè sublatum censeatur; Et an descendentes unius lineæ, ob deterioratam, dissipatam, vel evictam eorum portionem, regressum habeant ad portionem extantem alterius lineæ; Et an onera adjecta uni portioni correctivè ad ejus excrecentiam durent, si talis portio diminutionem patiatur.

Disc. CLXXVI.

Lavretana bonorum.

An per consensum præstitum alienationi censeatur solum remissum fideicommissum conservatorium ordinatum in casu alienationis, non autem restitutorium in casu mortis, Vel potius etiam istud quoad ementem, remanente jure fideicommissi in pretio, Et quomodo istud sit regulandum.

Disc. CLXXVII.

Catacen. hereditatis, vel fideicommissi.

An facta necessaria vel voluntaria alienatione bonorum fideicommissi, si ex pretio alia bona quaesita sunt, illa pertineant ad fideicommissum, ei que jure subrogationis quaesita censeantur, vel potius pertineant ad gravatum acquirentem, qui remaneat solum fideicommissi debitor in pretio. Et incidenter aliqua de fructibus non exactis, vel non perceptis per gravatum de tempore facti casus fideicommissi, an pertineant ad ipsum ejusque hæredes, vel potius transeant cum fideicommissio ad fideicommissarium.

Et an per divisionem censeatur remissum fideicommissum.

Disc. CLXXVIII.

Fulginaten. fideicommissi.

De eadem materia, An & quando per divisionem remissum censeatur fideicommissum.

Disc. CLXXIX.

Bonon. fideicommissi de Pepulis.

De eadem materia remissionis fideicommissi pro i, eventualis, ac de futuro per divisionem seu transactionem; Atque discrepantibus titulis & instrumento de superinitis, an magis utilis, quam instrumento, vel e converso dictum sit.

Disc. CLXXX.

Amerina Salviani.

De revocatione seu remissione fideicommissi dinati in testamento, an sublineatur, si altera minus solemni voluntate. Et de fideicommissi exceptione dubia non dante iudicium Salviani.

Disc. CLXXXI.

Bononten. fideicommissi de Pratesis.

De cessatione fideicommissi ob annullationem rescissionem testamenti ex causa exheredationis vel prateritionis filiorum susceptorum et aliis nuptiis post testamentum contra citatam materiam text. in *Auib. ex causa C. de liber. p. Et quid de legatis, & fideicommissis paribus.*

Disc. CLXXXII.

Pernsina erectionis Canoniarum.

De fideicommissio fiduciario, collato scilicet duciam, ac declarationem hæredis in alterius, ut restitutio fieret ei quem testator communicavit ad materiam text. in *l. Theopompus ff. de dot. præleg. Et quid fiduciarius diversas declarationes faciente.*

Disc. CLXXXIII.

Anconitana successione.

De eadem materia fideicommissi fiduciarii terminos text. in *l. Theopompus*, Quomodo claratio, seu nominatio per fiduciarium fiat; Et an requiratur voluntas omnimoda; Et quid ubi fiduciarius declaratio non fecisset, vel fecisset in una, & non in altera, quibusnam fideicommissum debeatur, an intret reciproca ordinata inter nominatos; Et an non facta nominatione debeatur fideicommissum omnibus, vel soli primogenito lineæ, Et an numerus singularis resolvatur in pluralem, atque possint nominari, vel esse nominati.

Disc. CLXXXIV.

Romana seu &c. substitutionis exemplaris.

De materia substitutionis exemplaris ad dictum textum in *l. humanitatis*, faciendæ ad rem fratrum, An sub istorum nomine etiam sorores, Et quid ubi substituta esset pia causa hæc exempta sit à dicta restrictione.

Et an hæc substitutio ordinata ad favorem unius fratris, ad substituti præmorientis filios mittatur.

Disc. CLXXXV.

Romana locorum montium.

De fructibus fideicommissi post factum interest, ex quo tempore restituendi sint ac debentur fideicommissario, Et de privilegio quod hoc habeant Ecclesia, vel pia causa, & præminores & similes.

Disc. CLXXXVI.

Neapolitana fideicommissi.

De eadem materia fructuum fideicommissi, quando veniant, ubi fideicommissarius non habet privilegium, de quo disc. præced.

ARGUMENTORUM.

Disc. CLXXXVII.

Romana legati de Frangipanis.

De eadem materia pertinentiæ fructuum ad gravatum vel fideicommissarium respective; Et an ordinato illorum cumulo ad favorem filii nascituri ex primo honorato, debeantur substituto in casu non natiuitatis.

Disc. CLXXXVIII.

Romana primogenitura de Amadoris.

De eadem materia fructuum ex bonis, de quibus dispositum est ad favorem nascituri, ad quem pertineant, An ad primò honoratum qui nascituro est restitutorus, vel ad alios ultteriores substitutos ipsi nascituro; Et incidenter de alimentis debitis possessori fideicommissi, vel illi qui successione sperat, aut qui pro nascituro administrat.

Disc. CLXXXIX.

Pisanren. fideicommissi de Oliveris.

De eadem materia pertinentiæ fructuum inter gravatum & fideicommissarium; Et an restituantur fructus percepti in casu contraventionis, ac fideicommissi pœnalis seu per mortem civilem aperiendi; Et de cumulo eorumdem fructuum, eorumque supererogatione, seu multiplico per testatorem in iuncto, quomodo, & ad quid obliget.

Disc. CXC.

Romana primogenitura de Barigianis.

An testatore mandante fructuum investimentum & multiplicum cum sola facultate concessa primo hæredi percipiendi quamdam summam, quando ad certam ætatem pervenerit, talis permissio sit personalis, vel potius conveniat omnibus aliis substitutis, Et quatenus conveniat, An intelligendum sit cum eadem qualitate ætatis præscriptæ in primo hærede.

Disc. CXCII.

Bonon. separatiõis bonorum.

De lucris seu emolumentis & acquisitionibus obvenientibus ex industria vel negotiatiõne facta de bonis hæreditariis per hæredem gravatum, An & quando veniant sub restitutiõne fideicommissi, vel respective ad ipsum gravatum pertineant; Et e conversò cujus sit ejusdem negotiatiõnis damnum.

Disc. CXCIII.

Romana fideicommissi de Lopez.

An societas officii hæreditaria per hæredem gravatum renovata, cedere debeat damno & periculo hæreditatis vel ipsius hæredis, Et aliqua de obligatione hæredis gravati ad fructus loco damnorum & interesse ob non investitas pecunias hæreditarias, seu ex bonorum distractiõne obventas juxta præceptum testatoris, seu ob non vendita jura vitalicia.

Disc. CXCIV.

Fanen. fideicommissi.

De legitimatione, seu probatione identitatis personæ agentis ad fideicommissum, an sit necne de genere vocato; Et præsertim circa qualitatem legitimi & naturalis. An & quando per actorem sit concludenter probanda; Et de puncto an sit persona vera, vel supposita. Et remissivè de puncto, An bona pro dote à fideicommissò extracta in vim *Aush. res qua C. commm. de legat. resolutò*

jure dotis, ac redeuntia ad ipsummet gravatum, reincidentant necne in fideicommissum.

Disc. CXCV.

Imolen. bonorum.

De materia identitatis bonorum spectantium ad fideicommissum, An & quando illa probeatur per confessionem gravati; Et de aliis hujusmodi probationis speciebus, præsertim de præsumpta juxta *conf. 145. Fulgosi*; Et quid ubi bona de quorum existentiã non dubitatur, per gravatum confusi sunt cum aliis, ita ut identitas probari, seu distingui non possit.

Disc. CXCVI.

Auximana dotium.

De præventiva fideicommissi restitutiõne an præjudicet creditoribus restituentis vel aliis cum eo jus habentibus; Et ad quæ onera refutarij gravari possit per refutantem, Et an onera possint excedere emolumentum.

Disc. CXCVII.

Bonon. fideicommissi de Grassis.

De fideicommissi restitutiõne, quæ implicite resolutare dicitur ex gravati consensu, ut fideicommissarius bona ad fideicommissum pertinentia in toto vel etiam in parte obtineat, ut propterea alia restitutiõ non requiratur.

Disc. CXCVIII.

Eugubina fideicommissi de Benamatis.

De materia fideicommissi capiendi de manu hæredis, cui fideicommissarius sit necne legitimus contradictor; Et de subrogatiõne bonorum liberorum hæredis gravati in locum fideicommissariorum distractorum ipso jure resultanti ex quadam occulta divisiõne.

Disc. CXCVIII.

Perusina fideicommissi de Vinciolis.

De eadem materia legitimi contradictoris, An scilicet fideicommissarius, qui reperitur in possessione, sit talis hæredi hæredis gravati in iudicio possessorio.

Disc. CXCIX.

Ianuen. fideicommissi seu contributi.

De contributo ad debita & onera fideicommissi inter fideicommissarium universalem, & fideicommissarium particularem, sive inter fideicommissarium particularem, & hæredem universalem; Et remissivè de contributo inter plura fideicommissa, quæ per mortem unius possessoris diversis successoribus delata sunt, ad debita valide per possessorum contracta, sive ad alienationes per eum factas.

Disc. CC.

Melevitana fideicommissi.

An & quando vocatus ad fideicommissum petere possit ab hærede gravato cautionem pro bonorum conservatiõne.

S V M M A

SEU COMPENDIUM

Totius operis cum distinctiõne rubricarum, seu argumentorum in Summario ipsius compendii.

INDEX

**

3